

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: Udrag fra . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 194. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732716784/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

- 180 Gnathonibus injustis causam suam injustam vel donò, vel dolò, tanquam specioso quòdam fucò obductam pro justa obtinentibus.
- 183                              Thesis IX.  
Succedunt Idola Jeroboami Politica, quæ sunt vel Civilia, vel Bellica, vel Œconomica.
- 186 Illa respiciunt vel Domum Judicii, seu Summi Juris, vel domum Supplicationum, seu Grammatophylacium, vel Ærarium, aliasque publicas Regni Jeroboamitici Sedes, ut
- 189 Regni bona, Sylvas, Arces, Prædia, Reditus.  
Ista concernunt Apparatum Bellicum, Exeratum, Disciplinam militarem, conflictum Acierum, Stipendium militum et alia.
- 192 Hæc attingunt Curiam Jeroboami, seu Statum domesticum privatarum ædium.
- 195                              Thesis X.  
Coluntur autem Idola Civilia vel à Rege ipso, vel à Ministris Regiis. A Rege ipso, quando Rex Israël̄is alienis videt
- 198 oculis, alienis audit auribus, alienorum laborum Oraculis respondit, alienis manibus regit atque administrat Regnum. Hoccinæ est prudens factum aut incertum, natives
- 201 Regni Proceres natalium splendore, veraque Nobilitate claros, avitâ fortitudine celebres, atque Insignibus Nobilitatis Majorum illustres, tanquam περιφήματα et Fungos é
- 204 Curia excludere, altò supercilio contemnere, negligere, spernere? electis in horum locum atque ad supremum honoris fastigium evectis Exoticis quibusdam nugigerulis,
- 207 Venatoribus, Læppis, Calonibus, fricti ciceris et nucis empioribus, Agyrtis, Circumforaneis, Blateronibus, nugarum Sicularum venditoribus, Adulatorum, Mimorum, Mo-